

Bijlage VWO  
**2021**

tijdvak 2

**Latijnse taal en cultuur**

Tekstboekje

## Tekst 1

---

### *De omstandigheden rond de moord.*

1 Posteaquam victoria constituta est ab armisque recessimus, cum  
2 prosciberentur homines atque ex omni regione caperentur ii qui  
3 adversarii fuisse putabantur, erat ille Romae frequens atque in foro et in  
4 ore omnium cotidie versabatur, magis ut exsultare victoria nobilitatis  
5 videretur quam timere ne quid ex ea calamitatis sibi accideret.

6 Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, quorum  
7 alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce  
8 praedia possidere audio; quas inimicitias si tam cavere potuisset quam  
9 metuere solebat, viveret. Neque enim, iniuria metuebat. Nam duo  
10 isti sunt T. Roscii – quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest  
11 Magnus vocatur – homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac  
12 nobilis gladiator habetur, hic autem nuper se ad eum lanistam contulit,  
13 quique ante hanc pugnam tiro esset, quod sciam, facile ipsum magistrum  
14 scelere audaciaque superavit. Nam cum hic Sex. Roscius esset Ameriae,  
15 T. autem iste Roscius Romae, cum hic filius assiduus in praediis esset  
16 cumque se voluntate patris rei familiari vitaeque rusticae dedisset, iste  
17 autem frequens Romae esset, occiditur ad balneas Pallacinas rediens a  
18 cena Sex. Roscius. Spero ex hoc ipso non esse obscurum ad quem  
19 suspicio malefici pertineat; verum id quod adhuc est suspiciosum, nisi  
20 perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpae iudicatore.

21 Occiso Sex. Roscio primus Ameriam nuntiat Mallius Glaucia quidam,  
22 homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris istius T. Rosci, et nuntiat  
23 domum non fili sed T. Capitonis inimici; et cum post horam primam noctis  
24 occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit; decem horis  
25 nocturnis sex et quinquaginta milia passuum cisiis pervolavit, non modo ut  
26 exoptatum inimico nuntium primus afferret sed etiam cruorem inimici  
27 quam recentissimum telumque paulo ante e corpore extractum  
28 ostenderet. Quadriduo quo haec gesta sunt res ad Chrysogonum in castra  
29 L. Sullae Volaterras defertur; magnitudo pecuniae demonstratur; bonitas

30 praediorum – nam fundos decem et tres reliquit qui Tiberim fere omnes  
31 tangunt –, huius inopia et solitudo commemoratur; demonstrant, cum  
32 pater huiusce Sex. Roscius, homo tam splendidus et graciosus, nullo  
33 negotio sit occisus, perfacile hunc hominem incautum et rusticum et  
34 Romae ignotum de medio tolli posse; ad eam rem operam suam  
35 pollicentur. Ne diutius teneam, iudices, societas coitur. Cum nulla iam  
36 proscriptionis mentio fieret, cum etiam qui antea metuerant redirent ac  
37 iam defunctos sese periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sex.  
38 Rosci, hominis studiosissimi nobilitatis, cuius bonorum manceps fit  
39 Chrysogonus; tria praedia vel nobilissima Capitoni propria traduntur, quae  
40 hodie possidet; in reliquas omnes fortunas iste T. Roscius nomine  
41 Chrysogoni, quemadmodum ipse dicit, impetum facit. Haec omnia,  
42 iudices, imprudente L. Sulla facta esse certo scio.

*Cicero, Pro Sexto Roscio Amerino 16-21*

## Tekst 2

---

*Cicero richt de verdenking op iemand anders.*

1 Erucius zou, als hij in deze zaak over die argumenten zou beschikken die  
2 ik vermeld heb, die net zo uitvoerig kunnen opnoemen als hij zou willen,  
3 en ik, leden van de jury, kan dat ook; maar ik ben van plan, zoals ik  
4 hiervoor al gezegd heb, ze vluchtig te bespreken en ze elk afzonderlijk  
5 slechts in zoverre aan te stippen, dat iedereen begrijpt dat ik er niet op  
6 uit ben iemand aan te klagen, maar dat ik mijn taak als verdediger serieus  
7 neem.

8 Video igitur causas esse permultas quae istum impellerent; videamus  
9 nunc ecquae facultas suscipiendi malefici fuerit. Ubi occisus est Sex.  
10 Roscius? – ‘Romae.’ – Quid? Tu, T. Rosci, ubi tunc eras? – ‘Romae. Verum  
11 quid ad rem? Et alii multi.’ – Quasi nunc id agatur quis ex tanta  
12 multitudine occiderit, ac non hoc quaeratur, eum qui Romae sit occisus  
13 utrum verisimilius sit ab eo esse occisum qui assiduus eo tempore Romae  
14 fuerit, an ab eo qui multis annis Romam omnino non accesserit. Age nunc  
15 ceteras quoque facultates consideremus. Erat tum multitudo sicariorum,  
16 id quod commemoravit Erucius, et homines impune occidebantur. Quid?  
17 Ea multitudo quae erat? Opinor aut eorum qui in bonis erant occupati aut  
18 eorum qui ab iis conducebantur ut aliquem occiderent. Si eos putas qui  
19 alienum appetebant, tu es in eo numero qui nostra pecunia dives es; sin  
20 eos quos qui levioere nomine appellant percussores vocant, quaere in cuius  
21 fide sint et clientela; mihi crede, aliquem de societate tua reperies; et,  
22 quicquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito; ita  
23 facillime causa Sex. Rosci cum tua conferetur. Dices: ‘Quid postea, si  
24 Romae assiduus fui?’ Respondebo: ‘At ego omnino non fui.’ – ‘Fateor me  
25 sectorem esse, verum et alii multi.’ – ‘At ego,’ ut tute arguis, ‘agricola et  
26 rusticus.’ – ‘Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum  
27 sicarius.’ – ‘At ego profecto qui ne novi quidem quemquam sicarium longe  
28 absum ab eiusmodi crimine.’ Permulta sunt quae dici possunt quare  
29 intellegatur summam tibi facultatem fuisse malefici suscipiendi; quae non

30 modo idcirco praetereo quod te ipsum non libenter accuso verum eo  
31 magis etiam quod, si de illis caedibus velim commemorare quae tum  
32 factae sunt ista eadem ratione qua Sex. Roscius occisus est, vereor ne ad  
33 plures oratio mea pertinere videatur.

34 Videamus nunc strictim, sicut cetera, quae post mortem Sex. Rosci abs  
35 te, T. Rosci, facta sunt; quae ita aperta et manifesta sunt ut medius  
36 fidius, iudices, invitus ea dicam. Vereor enim, cuicumodi es, T. Rosci, ne  
37 ita hunc videar voluisse servare ut tibi omnino non pepercerim. Cum hoc  
38 vereor et cupio tibi aliqua ex parte quod salva fide possim parcere, rursus  
39 immuto voluntatem meam; venit enim mihi in mentem oris tui. Tene, cum  
40 ceteri socii tui fugerent ac se occultarent, ut hoc iudicium non de illorum  
41 praeda sed de huius maleficio fieri videretur, potissimum tibi partes istas  
42 depoposcisse ut in iudicio versarere et sederes cum accusatore? Qua in re  
43 nihil aliud assequeris nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua  
44 cognoscatur et impudentia. Occiso Sex. Roscio quis primus Ameriam  
45 nuntiat? Mallius Glaucia, quem iam antea nominavi, tuus cliens et  
46 familiaris. Quid attinuit eum potissimum nuntiare quod, si nullum iam ante  
47 consilium de morte ac de bonis eius inieras nullamque societatem neque  
48 sceleris neque praemi cum homine ullo coieras, ad te minime omnium  
49 pertinebat? – ‘Sua sponte Mallius nuntiat.’ – Quid, quaeso, eius intererat?  
50 An, cum Ameriam non huiusce rei causa venisset, casu accidit ut id quod  
51 Romae audierat primus nuntiaret? Cuius rei causa venerat Ameriam? ‘Non  
52 possum’ inquit ‘divinare.’ Eo rem iam adducam ut nihil divinatione opus  
53 sit. Qua ratione T. Roscio Capitoni primo nuntiavit? Cum Ameriae Sex.  
54 Rosci domus uxor liberique essent, cum tot propinqui cognatique optime  
55 convenientes, qua ratione factum est ut iste tuus cliens, sceleris tui  
56 nuntius, T. Roscio Capitoni potissimum nuntiaret?

*Cicero, Pro Sexto Roscio Amerino 91-96*

## Tekst 3

---

*In een rechtszaak klaagt Cicero Verres aan wegens zelfverrijking en wanbestuur tijdens zijn gouverneurschap.*

*In de onderstaande tekst toont hij aan, dat Verres altijd al een roofzuchtig iemand was, bijvoorbeeld toen hij onderbevelhebber was van de gevreesde gouverneur Dolabella en met hem een rondreis maakte langs de kust van Griekenland.*

1 Delum venit. Ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit  
2 signa pulcherrima atque antiquissima, eaque in onerariam navem  
3 suam conicienda curavit. Postridie cum fanum spoliatum viderent ii  
4 qui Delum incolebant, graviter ferebant; est enim tanta apud eos eius  
5 fani religio atque antiquitas, ut in eo loco ipsum Apollinem natum  
6 esse arbitrentur. Verbum tamen facere non audebant, ne forte ea res  
7 ad Dolabellam ipsum pertineret. Tum subito tempestates coortae  
8 sunt maximae, iudices, ut non modo proficisci, cum cuperet,  
9 Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret: ita magni fluctus  
10 eiciebantur. Hic navis illa praedonis istius, onusta signis religiosis,  
11 expulsa atque eiecta fluctu frangitur; in litore signa illa Apollinis  
12 reperiuntur; iussu Dolabellae reponuntur. Tempesta sedatur,  
13 Dolabella Delo proficiscitur.

*Cicero, In Verrem II 1.46*

*Aantekeningen*

- regel 1* **Delum = in Delum**  
**Delus** Delos (*eiland bij Griekenland*)  
**venit** *Het onderwerp is Verres.*
- regel 2* **signum** standbeeld
- regel 3* **spoliatum** *Vul aan: esse*  
**spoliare** leegroven
- regel 4* **Delus** Delos (*eiland bij Griekenland*)  
**graviter ferre** heel verontwaardigd zijn  
**tanta** *Verbinden met* **religio atque antiquitas** (*regel 5*).
- regel 5* **religio atque antiquitas** oeroude verering
- regel 6* **verbum facere** bezwaar maken  
**ne** omdat ze bang waren dat
- regel 7* **pertinere ad** te maken hebben met
- regel 8* **proficisci** *Verbinden met* **non posset** (*regel 9*).
- regel 9* **sed** *Lees: sed etiam*  
**consistere** *blijven (Het stadje op Delos lag vlak langs de kust.)*
- regel 10* **eicere** op de kust smijten  
**Hic** daardoor  
**praedonis** *Hiermee wordt Verres bedoeld.*  
**signum** standbeeld
- regel 11* **expellere** aan land werpen  
**eicere** op de kust smijten
- regel 12* **reponuntur** *namelijk in de tempel*
- regel 13* **Delo = e Delo**  
**Delus** Delos (*eiland bij Griekenland*)